



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rerum
Christianarum Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. XV. De Iudaeis Episcopis Hierosolymorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

C A P. XV.

De Iudæis Episcopis Hierosolymorum.

Hierosolymæ vero primus ex gentibus creatur *Marcus* Episcopus, cessantibus his, qui fuerant ex Iudæis, qui sunt numero xiv, id est, *Iacobus*, frater Domini, *Simon*, *Iustus*, *Zachæus*, *Thobias*, *Benjamin*, *Ioannes*, *Matthias*, *Philippus*, item *Iustus*, *Levi*, *Effrem*, *Ioseph*, *Iudas*.

C A P. XVI.

De Basilide & Saturnino, hæresiarchis.

Per idem tempus humani generis hostis antiquus, quasi bino ore sibilat; per *Basilidem* hæresiarcham, ortum *Alexandriæ*, & *Saturninum*, genitum *Antiochiæ*, conturbans Ecclesias. Hic *Basilides* comparat sibi discipulos, quos facit, ad morem *Pythagoricum*, quinquennio silere. Hos docet immolata absque conscientia respectu degustare sine scrupulo, & indifferenter debere in persecutionibus fidem negare.

C A P. XVII.

Blasphemia Saturnini & Carpocratis.

Saturninus autem eadem, quæ *Menander* supra dictus, commentatur. *Carpocrates* autem quidam, *Simonis* Magi, non, ut ille, clam, sed palam ac publice præstigia depromit. Per hos imponuntur opprobria, incestus & supra promiscue habita, inter fratres & sorores & matres. Sed hos facile per Domini gratiam, tunc in nostris probabilis vita & eruditio, convincit & exuperat: inter quos maxime *Egesippus*, discipulus Apostolorum, & discipulus

scipus